



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 89. Papæ ac Cæsaris literæ ad Colonienses.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Wormatiensi urbe die sexta Augusti da- Sæcul. XVI.
A.C. 1543.
tis literis, adjectisque gravissimis com-
minationibus Hildesheimensi Magistra-
tui præcepit, ut antiquam Religionem
ad pristinum statum reduceret, nihil-
que innovaret, donec aliud desuper
statutum fuerit.

§. LXXXIX.

*Papæ ac Cæsaris literæ ad Colo-
nienses.*

Triduo post Cæsar datis ad Colonien- Sleid. p. 496.
sem Senatum literis hæc exposuit: *Paulus III.*
Percepimus, quosdam Concionatores in hoc Brev. ann. 9o
totos esse, ut Colonenses Senatores ab an p. 48. Raynald. hos
tiqua Religione dimoveant, quamvis ipsi ad- ann. n. 22,
huc fortiter ejusmodi conatibus resisterint,
id quoque permagnæ nobis fuit voluptatis,
unde eos monemus, ut in hoc pio proposito
permaneant, civesque in officio contineant:
In eandem prope sententiam summus
Pontifex tum quoque eidem Senatui
perscripsit, prima vero Junii die Cathe-
dralis Ecclesiæ Capitulo hæc significa-
vit: *In ea animi sollicitudine ac dolore,*
quem ex Archiepiscopi Coloniensis vesania
*percepimus, valde recreamur vestra fortitu-
dine atque pietate, quæ non vobis tantum,*
sed & vicinis omnibus perquam salutaris
est: quod enim & amplissima civitas & Pro-
vin-

Sæc. XVI. vincia tota sit incolmis, post Deum immor-
 A.C. 1543. talem vobis in acceptis referimus: itaque
permagnas vobis agimus gratias ob tam
strenue navatam operam, ejusque rei perpe-
tuo apud nos futura est memoria: licet enim
officium vestrum feceritis, propter rem ta-
men & exemplum, fatemur nos vobis plu-
 rimum debere: verumtamen opus est con-
 stantia vel eo maxime, ne, si relanquescerit
 incæperitis, Archiepiscopus, cum forte su-
 perior fit evasurus, graviter in vobis vin-
 dicet: sitis ergo fortes in defensione nominis
 divini, & Catholicæ Religionis, & vestra
 libertatis atque salutis, quam impius hæ-
 siarcha studet evertere totam atque labefac-
 re, non quidem vobis opus est monitore, sed
 tamen hoc etiam veluti calcar addere volui-
 mus currentibus, rogamusque plurimum, ut
 operam detis, ne ille, qui sit indignus no-
 mine Archiepiscopi, nobilissimam civitatem
 contagione sua lœdat: neque pro Pastore il-
 lum habeatis, sed pro hoste: nos quidem
 vobis neque consilio, neque ipsa
 re deerimus.



HISTO-